



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

XII. Nobis ipsis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

## 214 BONA VOLUNTAS

bilem. Inde, ut Tertullianus loquitur in *Apologetico*, *Semen erat sanguis Christianorum*: aut, ut ex Tertulliano Hieronymus transtulit, *Sanguis Martyrum, semen Christianorum*. Stobæo narrante, soliti Persæ in jus à Rege vocati, & ejus jussu flagellati, gratias agere, quòd sui meminisset. Ecquis ad istud spectaculi non dicat: En subditos mirandi in Regem suum affectus, aut reverentiæ: læsi non tantùm non queruntur, sed etiam gratias agunt? Contemplare Tobiam, non contristatum, quòd plaga cæcitatis evenerit ei, sed gratias agentem omnibus diebus vitæ suæ: audi Laurentium de se dicentem, *Ad ignem applicatus te Domum IESVM confessus sum, assatus gratias ago*: quid de servis illis, à Domino percussis, & Dominum laudantibus, censemebis?

XII. Ex nobis ipsis æstimemus, quàm  
*Nobis ipsis.* verum sit illud Divi Leonis: *Ad erudiendum populum Christianum nulla est aptior forma*, id est, non est potentius quidquam, *Martyrum eloquentia*. Adeamus

mus cum Episcopis Palladio, Dioscoro, Evagrio, octogenarium anachoretam, post sanatos aliorum morbos omnigenos, hydrope insanabili tumidum, & inter agritudinis molestias lætiorem, quām aliās umquam. Introspiciamus in alio tugurio anachoretam Stephanum, inter chirurgi manus, putria membra resecantis, ab opere storearum texendarum non cef-  
santem, & gementibus, atque horrentibus cæteris, dicentem: Filii, quidquid Deus facit, ad bonum finem facit, sit benedictus. Ecquis nostrū à tali spectaculo non redeat animosior, & divinæ voluntati conjunctior, iteretque centies, Deus sit ubique & in omnibus benedictus? Ecquisnam, si quid Christianum ac divinum sapit, non lubens iter benè longum eme-  
tiatur, ut ejusmodi spectaculo pascat animum, & supra metus ac dolores eri-  
gat?

XIII.

*Deo jucun-  
dum specta-  
culum.*

Præsertim cùm Deus ipse amet ac gaudeat illud contemplari, & veluti gloriæ suæ favens, si-  
bimet inde applaudat. *Quām pulcrum,*  
*inquit,*